Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



galileo eras At ille negauit coram omnibus dicens
Nescio quid dicis Exeunte autem illo ianuam: uidit
eum alia ancilla: et ait his qui erant ibi Et hic
erat cum iesu nazareno erat Et iterum negauit cum iura
mento: quia non nouit hominem Et post pusillum acce
serunt qui stabant et dixerunt petro Vere et
tu ex illis es nam et loquela tua manifestum te fa
cit Tunc cepit detestari et iurare quia non nouisset
hominem Et continuo gallus cantauit Et recordatus
est petrus uerbi iesu quod dixerat: priusquam gallus
cantet ter me negabis Et egressus foras fle
uit amare Mane autem facto consilium inierunt
omnes principes sacerdotum et seniores populi: ad u
sum iesum ut eum morti traderent Et uinctum ad
duxerunt eum: et tradiderunt pontio pilato pre
si Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod dam
natus esset: penitencia ductus retulit triginta
argenteos principibus sacerdotum et seniorib[us]
populi dicens Peccaui tradens sanguinem iustum
At illi dixerunt Quid ad nos Tu uideris Et
iectis argenteis in templo recessit: et abiens
laqueo se suspendit Principes autem sacerdotum
acceptis argenteis dixerunt Non licet nobis eos
mittere in corbanam: quia pretium sanguinis est
Consilio autem inito: emerunt ex illis agrum fi
guli: in sepulturam peregrinorum Propter hoc uocatus
est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: usque in hodiernum diem Tunc impletum est
quod dictum est per hieremiam prophetam: dicentem
Et acceperunt triginta argenteos pretium appre
ciati quem appreciauerunt a filiis israel: et dederunt